

- 39 Quamplures, exque non leves circa hoc argumentum à theologis, & canonistis excitantur quaestiones, quae sunt legendae apud Pasqualig. de sacrific. nov. leg. tom. 1. tit. de sacrific. oblat. in alt. privileg. q. 729. & plur. seq. dum nos pauca tantum de more indigitabimus, quae canonistarum magis propria sunt.
- 40 Quae igitur solet: An inter eas religiones, quae habent communicationem privilegiorum, fiat etiam communicatio altarium privilegiorum? Et fieri non posse statuit Pasqualig. loc. cit. q. 756. quia licet inter eiusmodi religiones etiam circa indulgentias factas sit privilegiorum communicatio à Leone X. constituit. 32. tom. 1. Bullar. tamen communicatio cadit tantum super iis indulgentiis, quae conceduntur ipsis religiosorum personis, & ideo non se extendit ad indulgentias directè concessas profefunctis, quales sunt illae altarium privilegiorum.
- 42 Quoniam verò favore quarundam religionum concessa fuerunt à SS. Pontificibus quaedam specialia privilegia quoad altaria privilegiata; inspicieudus, & perpendendus tunc est tenor concessionis: Hinc enim si primo, & directè concernat erectionem altarium privilegiorum, aut indulgentias concessas pro defunctis; non est locus communicationis; si concessio primam & per se continet gratias personales, per quas aliquis religionis personas conceditur facultas applicandi indulgentias, quas Pontifex intendit concedere: ejusmodi est privilegium concessum religioni conventuali; quod scilicet Prior conventus possit semel pro semper deputare altare, in quo religiosus conventualis celebrans missam de requiem pro aliqua anima, eam liberet à Purgatorio: communicatio intelligitur tale privilegium, ut videre est apud eundem Auctorem, ibid. q. 757.
- Deinde quest. 761. clarè citatus Pasqualig. demonstrat, quod non destruat ejusmodi privilegium, si altare, cui fuit annexum, ex parte notabili destruat, etiam si consecrationem amitteret, dummodo tamen remaneat secundum majorem sui partem; quia in ejusmodi concessionibus respectus habetur ad altare secundum totum suum esse materiale, non verò secundum formam consecrationis.
- 46 Verum, si in concessione indulgentiae destinetur altare ut alicui Sancto dicatum, mutata deinde dedicatione, puta si loco illius Sancti alius substituat, prorsus perit privilegium, quia mutata est illa altaris qualitas, quae contemplata fuit à Pontifice, & illud movit ad indulgentiam concedendam talis altari in specie, seu nominatim dicati tunc Sancto, ead. q. 6.
- 47 Si Pontifex in concessione non designavit altare, sed illud designandum reliquit, facta semel designatione unus altaris, nequit alterum destinari, nam pro una vice tantum delegata censetur ejusmodi destinatio, cum Pontifex dispositio restringatur ad certum casum, ut juxta text. in leg. Boves, §. Hoc sermone, ff. de verb. significat. firmat dict. Pasqualig. dict. oper. q. 762. (Ad rem, leg. 38. tit. 5. part. 5. §. 26. tit. 9. part. 6.)
- 48 Dubitari etiam potest: num, quando ex dispositione testatoris celebranda est vel in perpetuum, vel ad tempus missa in altari privilegiato, possit tum in altari privilegiato de tempore dispositionis existentibus, tum in altari privilegiato postmodum erectis celebrari: Et posse tenet saepe cit. Pasq. q. 746. ejusd. op. D.

ALTERNATIVA.

ARTICULUS I.

Quod ea, quae concernunt Beneficia.

SUMMARIUM.

- 1 ALTERNATIVA quid sit, & quomodo obtineatur, ad num. 3.
- 4 Quid operetur, ad num. 13.
- 14 Quando incipiat, ac respectivè desinat, ad num. 17.
- 18 Ut eo gaudeant Episcopi, quid requiratur, ad n. 29.

- 30 Quibus concedatur.
- 31 Quae beneficia comprehendat, ad num. 39.
- 40 Quando censetur exclusus, ad num. 43.
- 44 Quando expirat.
- 45 Substantur additiones ex aliena manu, ad num. 63.

ALTERNATIVA quoad beneficia ortum duxit à Nicolao V. de anno 1447. ut notat Pyrrhus Corradus in praxi beneficiaria, lib. 3. cap. 6. num. 8. Ipse enim Nicolaus V. ut dicit Rota Roman. recent. part. 19. tom. 1. dec. 121. num. 13. fuit Auctor regulae nonae, aliàs octavae Cancellariae, in qua reservantur Summo Pontifici menses Januarii, Februarii, Aprilis, Maji, Julii, Augusti, Octobris, & Novembris, & consequenter conceduntur Ordinariis menses Martii, Junii, Septembris, & Decembris. Et exinde ad alienos Episcopos ad residentiam, conceduntur eis alii duo menses, ita ut jam alternatim cum Papa possint providere: Papa quidem in mensibus Januarii, Martii, Maji, Julii, Septembris, & Novembris, Episcopi vero, qui hanc gratiam acceptaverint, in mensibus Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, & Decembris. Et haec gratia dicitur communiter *alternativa*, & sic expressè appellatur in praedicta regula nona Cancellariae, aliàs octava, ut videri potest in ipsa ad litteram relata, verb. Beneficia, art. 9. reg. 9.

Hac alternativa ut gaudeant Episcopi, requiritur quod per patentes litteras manu propria subscriptas, suoque sigillo munitas, & in sua respectivè civitate, vel dioecesi datas expressè declarant, se hujusmodi alternativam acceptare; & litteras ipsas ad Datariam Summi Pontificis transmittant, quibus ab eo receptis, & recognitis, ac in libro ad id deputato registratis, tunc solum, & non antea possunt incipere uti gratia talis alternativa. Si expressè statutum in citata regula nona, aliàs octava Cancellariae, ut videri potest loc. cit. Ex tempore igitur habitae notitiae registrationis, seu annotationis surarum litterarum factae in Dataria apostolica incipit Episcopus gaudere jure alternativae; quae operatur, ut menses alternatim subrogentur loco aliorum, Rota recent. part. 3. dec. 379. num. 2. Et sic mensis, quo Episcopus gaudet alternativa, non est amplius Apostolicus, sed Ordinarius, Rota, p. 4. tom. 1. dec. 336. sub num. 1. & part. 13. dec. 127. num. 3. Unde cessat reservatio ratione mensis, & illa indulta per Extravag. Ad regimen, Rota, dict. dec. 127. num. 5. Hinc Episcopus in alternativa lucratur menses Aprilis, & Octobris, & cedit Martium pro Februarii, & Septembrem pro Augusto, menses autem Junii, & Decembris nec lucratur, nec cedit, sed illos retinet, ut prius, quos ideo menses fixi solent appellari, Barbosa, part. 3. de offic. & potest. Episcop. allegat. 53. num. 40. Rota, & alii mox citandi sub num. 8.

Unde notandum est, quod sicuti Papa retinet sibi medietatem suorum octo mensium, scilicet Januarii, Martii, Julii, & Novembrem, in quibus nullo casu vult posse competere jus aliquod Ordinario etiam perpetuo residenti, ut patet in citat. regul. nona, aliàs octava Cancellariae, & ideo vocantur menses fixi, & perpetuo reservati Sedi Apostolicae, sive Episcopus gaudeat alternativa, sive non, ut observat, & tenet comm. DD. cum Rota recent. part. 5. tom. 2. dec. 440. num. 5. part. 9. tom. 1. dec. 298. num. 4. part. 9. tom. 2. dec. 389. numer. 6. dec. 468. num. 3. part. 13. dec. 223. num. 8. part. 16. dec. 192. num. 6. part. 18. tom. 1. dec. 232. num. 3. part. 11. tom. 2. dec. 5540. num. 16. part. 19. tom. 2. dec. 468. num. 8. & saepe alibi. Ita acquisitum quoque est, quod etiam Episcopus sibi retinet medietatem suorum quatuor mensium, scilicet Junium, & Decembrem, in quibus nullum unquam jus possit competere Papa, etiamsi post acceptationem alternativae Episcopus non resederit, & ideo menses Junii, & Decembris appellantur menses fixi pro Episcopo: Non enim potest dici, quod concedatur à Papa per alternativam Episcopo, quia licet in ea fiat mentio etiam de his duobus mensibus causa demonstrationis, conditio tamen, & omnis residentiae, non censetur appositum respectu illorum, sed aliorum quatuor, qui per alternativam de novo conceduntur. Dicit autem duo menses cum jam fuerint proprii Episcopis sine alter-

nativa, remanent proprii, & fixi pro Episcopo, sive alternativa sit acceptata, sive non, etiamsi post acceptationem Episcopus non resederit; sic Rota, in una Papiensi beneficii 10. Aprilis 1617. in qua responsum fuit quoad dictos duos menses fixos, quod nulla potest considerari reservatio, ex eo quod Papa neque in prima parte regulae, neque in secunda eos reservat, & ita illos fixos etiam appellat; Rota, in una Giennen. Canonicius penes Burait. dec. 242. ibi: *Nam canonicatus, de quo agitur, non est reservatus ratione mensis, cum vacaverit de mense Junii, qui semper est Ordinarius, & fixus. Et ita tenet Barbosa, de offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 13. num. 38. & 45. Cardin. de Luca, de benef. disp. 18. num. 4. disc. 93. num. 13. & 14. Garzias, part. 5. cap. 1. sub num. 56. circa finem, & fuse Pyrrhus Corrad. lib. 3. cap. 6. num. 2. & 4. ubi testatur sic tenere, & servare Datariam, & Cancellariam.*

Contrarium tamen non improbabilius tenent Gonzalez ad regul. 8. gloss. 43. sub num. 122. Lotter. q. 41. num. 38. & alii, quia Papa concedit Episcopo gratiam alternativae acceptanti, ut possit omnia beneficia vacantia in mensibus Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, & Decembris conferre, quamdiu apud ecclesiam, & dioecesim suam resederit dumtaxat: Unde si non resideat in mensibus Junii, & Decembris, conferre, dicunt ipsi, non poterit, quia sic intrat reservatio, cum concessum sub conditione residentiae, censetur denegatum sub contraria conditione, videlicet absentiae, seu non residentiae, per textum in leg. Pecuniam, ff. si cert. per leg. Item quia, ff. de patris (Conduet. lex 5. tit. 8. part. 5.) cum aliis adductis per Gonzalez loc. cit. Tum quia, ut dicit Antonel. de tempor. legal. lib. 3. cap. 1. num. 25. ideo per alternativam Papa concedit sex menses Episcopo, cui aliis non dantur nisi quatuor, ut cum hoc lucro, & augmento compensentur necessitas, & obligatio residentiae in omnibus sex mensibus; arg. leg. cum qui 30. ff. de jurejurand. & leg. Feudi partem 79. ff. de contrahend. emptio. (Leg. 18. tit. 11. p. 4. 16. tit. 14. part. 7.)

Quantum ad alios duos ex quatuor mensibus concessis Episcopo, nempe Martium, & Septembrem, dicendum est absolute, quod Episcopus, qui acceptavit gratiam alternativae, non possit providere beneficia vacantia in ipsis, quando ipse non residet, quia jam effecti sunt reservati Papa, cum isti duo menses, qui aliis erant Ordinarii, vigore acceptationis alternativae fuerint effecti apostolici; sic Rota, in Summen. alternativa 14. Maji 1610. coram Card. Lancellato, in qua cum dubitatum fuisset, an collatio beneficiorum vacantium in mensibus Martii, & Septembris, Episcopo à sua Dioecesi absente, ad Episcopum, vel potius ad Summum Pontificem spectaret? Respondit absolute spectare ad Summum Pontificem, cum isti duo menses, qui aliis sunt Ordinarii, per acceptationem alternativae efficiantur apostolici. Sic refert, & tenet solidè respondens contrarius Aloysius Riccius in praxi fore ecclesiastici, dec. 684. in prima edit. & resol. 682. in secunda edit. & antea fuisse decisum in una Maurianen. Canonicius 15. Novembris 1593. ac etiam saepe refert Gonzalez, gloss. 43. n. 133. & tenet Pyrrhus Corrad. l. c. n. 5. Barbosa, loc. cit. num. 36. Castropal. in opere moral. tom. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 23. §. 21. num. 4. Cardin. de Luc. de benef. dec. 18. num. 4. dec. 93. & num. 13. & 14. & alii plures contra Anastas. Germor. Moneta, Franciscum Leonem, & alios.

Episcopus habens duas ecclesias potest acceptare alternativam pro una, & non pro altera, & si velit ea potiri pro utraque, debet utriusque nomine eam explicite acceptare; sic expressè citat. regul. q. aliàs 8. Card. de Luca, de benef. disc. 19. num. 5. & disc. 27. num. 20. Gonzalez, Leuvenius, & alii passim. Et si pro utraque acceptavit, residendo in una potest providere beneficia alterius, Card. de Luc. de benef. disc. 27. num. 6. Rota ibi ab ipso citata in Maurianen. & Aciem. & alii.

Secuta acceptatione alternativae non potest Episcopus ab illa recedere sine consensu Papa; nec è contra Papa sine consensu Episcopi, ut expressè habetur in citat. regul. q. aliàs 8. Cancellariae, cum ejusdem acceptatio sit quasi contractus initus inter Papam, & Episcopum; Pa-

pa enim ex suis octo mensibus quatuor communicat Episcopo, Rota recent. part. 3. dec. 221. num. 8. part. 19. tom. 1. dec. 76. num. 8. Barbosa, loc. cit. num. 36. Gonzalez, ad regul. 8. Cancellariae, gloss. 43. num. 106. & gloss. 58. num. 14. & alii communiter. Si acceptatio alternativae fiat ab Episcopo in aliquo mense apostolico, non incipit usus illius, nisi toto mense elapso; è contra verò si fiat in mense proprio Episcopi, tunc incipit usus illius à die acceptationis, adeo ut mensis Ordinarius à dicta die efficiatur apostolicus, & reservatus, Rota, p. 10. dec. 49. num. 23. cum seq. & num. 32. cum seq. & dec. 299. num. 4. & 8. & comm. DD. & ratio est, quia acceptatio, vel non acceptatio alternativae est in sola facultate Ordinarii, qui si acceptaverit in principio alijcuius sui mensis, sibi imputare debet, cum potuisset expectare finem talis mensis: si verò acceptavit in aliquo mense apostolico, non est rationi consonum, ut hoc Pape praesudiceret, cum etiam ipse posuerit in facultate Episcopi, quando velit acceptare alternativam; Rota, p. 10. dec. 49. n. 28. & dec. 117. n. 23. & Doctores passim.

Alternativa incipit, ac respectivè desinat à media nocte primi, & ultimi die mensis unumquemque spectantis, Rota, part. 19. tom. 2. dec. 98. num. 5. Ut alternativa suffragetur Episcopo, debet constare de illius acceptatione, subsecuta admissione in Dataria, Rota, part. 15. dec. 3. num. 2. quatenus nempe miserit litteras acceptationis ad Datarium, à quo receptae, & recognitae fuerint, Rota, dec. 49. num. 28. & habetur totum ex regula 9. aliàs 8. Cancellariae. Et ideo ejus acceptatio probatur ex libro alternativarum ipsius Datariae, Rota, part. 1. dec. 154. num. 2. part. 3. dec. 349. num. 1. part. 4. tom. 1. dec. 105. num. 2. part. 11. dec. 108. num. 3.

Ut Episcopus possit uti alternativa, requiritur ejus residentia in sua dioecesi, Rota, part. 2. dec. 64. n. 2. conceditur enim Episcopis quamdiu apud ecclesia, aut dioecesim suas vere, & personaliter resederint dumtaxat, ut expressè dicitur in citat. regul. q. aliàs 8. Cancellariae. Unde non potest ea uti, etiamsi absit ex iustissima causa, etiam pro servitio Sedis Apostolicae, etiamsi pro exercitio sui officii Inquisitoris Generalis; Barbo. loc. cit. num. 34. Cardin. de Luca, de benef. disc. 18. numer. 9. disc. 93. num. 16. Annot. ad Concil. disc. 4. numer. 10. Gonzalez, ad regul. 8. Cancellariae, gloss. 43. num. 84. Corradus, loc. cit. num. 33. Aloysius Riccius, Gallet. Stephanus Gratianus, Garzias, Castropal. & alii passim. Nec potest ea uti, etiamsi absit in tribus mensibus permissis à Concilio, vel cum licentia superiorum, Rota, part. 7. dec. 98. num. 9. 10. & 11. Card. de Luca, de benef. disc. 93. num. 15. Corrad. loc. cit. numer. 42. Garzias, & alii cum La Croix, lib. 4. n. 477. qui dicunt, sic declarasse Sacram Congregationem, Barbosa, loc. cit. num. 35. cum aliis, qui referunt ita etiam declarasse Sanctissimum. Nec potest ea uti, etiamsi ex iuxta causa abset ad duos dies tantum, & interim vacasset beneficium, quamvis toto mense resedisset; sed requiritur residentia actualis, quando incipit vacare beneficium, Rota, in Segobienti sub die 26. Martii 1604. quam refert, & sequitur Castropal. in opere moral. tom. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 23. §. 1. num. 2. Barbosa, loco cit. num. 34. La Croix, loc. cit. num. 477. & alii passim. Item nec ea uti potest, quamvis abfuerit timore mortis, vel violentia impeditus, Castropal. loc. cit. num. 3. Garzias, & alii cum Leuvenio apud La Croix, loc. cit. contra Gonzalez, loc. cit. gloss. 43. num. 20.

Si Episcopus residet initio mensis, & non postea, totum tempus sequens est apostolicum, quia mensis à die, quo ob non residentiam Episcopi factus est apostolicus, perseverat semper talis, quamvis Episcopus ad residentiam redeat; Lotter. lib. 2. quest. 40. num. 87. La Croix, loc. cit. num. 479. Barbosa, loc. cit. num. 43. Cardin. de Luca, de beneficiis, disc. 28. num. 9. & disc. 93. numer. 18. Rota apud Martinum Andream, dec. 110. numer. 16. 17. 18. ubi lata materia discutitur, & in Calven. Parochialis 13. Junii 1642. coram Peutingerio. Et si Episcopus non residet initio mensis, totus mensis est apostolicus, & sic toto mense caret privilegio alternativae; quia mensis semel apostolicus, semper talis est, Lotter. Q2 loc.

BIBLIOTECA CENTRAL

loc. cit. a. mun. 54. Barbosa loc. cit. num. 43. La Croix, loc. cit. Card. de Luca, loc. cit. & idem tenuit Rota in Segobien. Beneficij 26. Martii 1604. coram Justo, & in Papiensi Beneficij 10. Aprilis 1617. coram Martino Andrea, & in dicta Calvens. Parochialis 23. Junii 1642. coram Peusingerio.

25. Nihilominus Gonzalez, ad regul. 8. gloss. 43. num. Garzias, de beneficiis, part. 5. cap. 1. num. 697. & alii defendunt contrarium, volentes quod si Episcopus redeat ad residentiam, possit uti privilegio alternativæ quoad beneficia vacantia post redditum, quia dicunt ipsi, non est necessaria continuata residentia totius mensis, si enim Papa id voluisset, utique, cum potuisset exprimere, expressisset, arg. c. Inter corporalia 2. de translat. Episcop. §. Sed neque istud. c. Ad audientiam 12. de decimis, & c. Quia circa 22. de privileg. Tum quia illa dictio *Quamdiu* apposita in dicta regula nona, aliis octava Cancellariæ, tempora dividit, & potest verificari in qualibet parte mensis, in qua Episcopus residet, juxta textum, in leg. Si quis ita legaverit 8. ff. de cond. & demonst.

26. Difta tamen regula concedens Episcopo privilegium alternativæ, quamdiu apud suam ecclesiam verè, & personaliter residerit, intelligi debet de presentia ordinata ad effectum permanendi, & residendi in sua ecclesia, non autem de casuali, effectata, seu fraudulentâ, & malitiosa, non cum animo permanendi, sed recedendi, arg. text. in §. leg. 1. Habitare, ff. de his, qui deiecerint, vel effuderint, & in leg. Postliminii, §. Captivus, ff. de cap. & postlimin. revers. Non enim habetur pro residente, qui ut plurimum in alio loco extra diocesim habitat, Millin. dec. 171. Gregor. dec. 70. Antonell. de tempore legal. lib. 3. cap. 1. num. 30. Card. de Luca mox citandus cum variis aliis Sacre Rote decisionibus, hinc etiam de tempore, quo sequitur vacatio, ipse Episcopus reperiretur in residentia occasionaliter, seu affectate, non suffragateur, Card. de Luca, de benef. disc. 18. n. 9. & disc. 93. num. 17. cum variis Rote decisionibus ibi citatis, Antonell. loc. cit. num. 30. & alii passim, Et ratio est, quia sic aperiretur via, & aditus multis fraudibus; videns enim Episcopus imminenti vacationi alicujus beneficii posset ad residentiam accedere, & secuto casu, & facta provisione, statim discedere, & sic semper imminente aliqua vacatione reddere, & secuto casu recedere contra dispositionem utriusque juris, tum civilis, leg. In fundo, ff. de rei vindicac. ibi: *Neque maliis indulgendum est; cum hi, ff. de transact. ibi: Non debet via aperiri maliis; & leg. Si legatoribus, cod. de legatis, ibi: Ut non accipiat fructus sue caliditatis.* Tum juris canonici, cap. Ex literis 2. de dolo, & contumac. ibi: *Non attendentur malitiam, & dolum nulli patrociniari debere, cap. Sedes 15. de re scriptis, ibi: Quia fraus & dolum ei patrocinari non debent; cap. Ex tenore 16. eod. tit. ibi: Quia fraus, & dolum alicui patrocinari non debent, cap. Tuæ 12. de Cleric. non residents, ibi: Cum fraus, & dolum nemini debeat patrocinium impertiri.*

28. Episcopus, ut possit uti alternativâ, debet residere in sua formaliter diocesi; nec sufficit esse in loco etiam vicinissimo, quia concessio præcisè dicit *quamdiu apud ecclesiam, aut dioceses suas verè, & personaliter residerint dumtaxat*, Barbosa, citat. allegat. 53. n. 34. La Croix, loc. cit. n. 478. Garzias, Castropal. & alii passim. Immo ut ei prosit alternativâ, debet eam acceptare, dum manet in propria civitate, vel diocesi, nec potest instare pro tali acceptance, dum reperitur præsens in Romana Curia: sed oportet quod prius vadat, & redeat ad suam diocesim, indeque literas acceptationis ad Datarium transmittat: Corradus, cit. leg. 8. c. 6. n. 16. ubi dicit, non semel visum fuisse denegari talem gratiam Episcopo in Curia Romana presentibus eam parentibus; arg. cit. regula nona, aliis octava Cancellariæ, quæ expressè requirit ut literæ talis acceptationis sint datæ in sua propria civitate vel diocesi, ibi: *In sua quisque civitate vel diocesi datæ declarare.* Et ratio est quia cum concessio talis alternativæ fiat ad hoc, ut Episcopi aliantur ad residentium in suis civitatibus, vel diocesibus, proinde vult Papa, quod hujusmodi residentia incipiat ab acceptance alternativæ, & quod literæ prædictæ acceptatio-

nis dentur in propria civitate, vel diocesi, aliis autem nihil fiat, Gonzalez, ad dictam regulam 8. gloss. 61. n. 20. Corrad. loc. cit. num. 16. Garzias, Castropal. & alii.

29. Alternativâ conceditur solis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, non autem Prelatis, & Collatoribus inferioribus, nec cathedrali capitulo; Rota, in Salmantina alternativæ 22. Octobris 1581. coram Rubustorio, Card. de Luca, de benef. disc. 83. num. 12. & in summario, num. 100. Leuten. quest. 570. Garzias, part. 5. cap. 1. num. 683. & sequenti, Riccius, in praxi, part. 3. resolut. 4. & 5. Coccin. dec. 71. Genzal. Castropal. cum La Croix, loc. cit. num. 480. Et hoc non solum colligitur ex litera regulæ 9. aliis 8. quæ loquitur tantum de ipsis, sed etiam ex ratione, quæ fuit ejus causa, alliciendi scilicet Episcopos ad residentiam, quæ ratio non adeo in Prelatis inferioribus desideratur, neque capitulis congruit. Alternativâ concessa Episcopo residenti comprehendit beneficia tam infra, quam extra suam diocesim existentia, dummodo colligantur cum spectet, Rota, part. 15. dec. 291. num. 8. cum seq.

30. Alternativâ habet locum solum in beneficiis, quæ sunt liberæ collationis Episcopi; sic expressè ipsa regula 9. aliis 8. Cancellariæ per verba mox citanda. Rota recent. part. 3. dec. 165. num. 3. part. 4. tom. 2. de cir. 247. num. 2. part. 10. dec. 299. n. 11. part. 11. dec. 319. num. 3. part. 13. dec. 127. num. 9. part. 15. dec. 30. num. 12. Card. de Luca, de benef. disc. 5. sub num. 8. & seq. disc. 17. num. 4. disc. 18. num. 2. & 10. & disc. 93. num. 4. Antonell. loc. cit. num. 32. Gonzalez, Garzias, Castropal. Leurenus cum La Croix, loc. cit. num. 480. & alii passim. Non autem in beneficiis, quæ non sunt liberæ, sed simultaneæ collationis Episcopi cum capitulo, aut ad presentationem, & electionem, seu de consilio, consensu, vel interventu capituli, vel aliorum; habetur expressè ex verbis dictæ regulæ 9. aliis 8. Cancellariæ, ibi: *Ad liberam ipsorum dumtaxat, non autem aliorum cum ad dispositionem, seu presentationem, vel electionem, nec etiam cum consilio, vel consensu, seu interventu capitularium, vel aliorum, aut aliis pertinentibus.* Rota, part. 3. dec. 683. num. 1. dec. 686. num. 4. part. 4. tom. 1. dec. 245. num. 1. dec. 336. num. 3. part. 10. dec. 49. num. 1. & 14. dec. 299. num. 15. & 19. part. 18. tom. 2. dec. 635. n. 3. & 5. part. 19. tom. 1. dec. 274. num. 8. Et sic communis Doctorum cum supra citatis.

31. Si autem collatio beneficiorum pertinentium ad Episcopum una simul cum capitulo, vel cum aliis, ex concordia partium sit alternis vicibus cuilibet reservata in suo turno, juxta Clement. 2. & ibi gloss. in verb. Alternis vicibus, de jure patron. poterit Episcopus uti alternativâ in dictis beneficiis vacantibus in anno, vel turno suo, & in mense alternato. Rota, in Salmantina alternativæ 22. Octobris 1581. coram Rubustorio, Garzias, de beneficiis, part. 5. cap. 1. num. 726. ubi dicitur hoc procedere etiam si concordia non sit confirmata, Antonell. loc. cit. n. 35. Leurenus, quest. 581. La Croix, loc. cit. num. 480. & alii; & ratio est, quia beneficia stantè hujusmodi concordia, & turno dicuntur pertinere ad liberam collationem Episcopi, & non una cum capitulo seu cum aliis totum enim jus conferendi pro illa vice censetur translatum ex vi concordie in illum solum, qui est in turno, & non dicitur divinus usus tantum, sed totum jus conferendi est penes ipsum solum, etiam jure proprio, & non jure communi. Tum quia alternativâ est favorabilis, & consequenter late interpretanda in favorem Episcoporum; arg. cap. Odi 15. de regul. jur. in 6. ibi: *Favores conveniunt ampliari; & ex cap. Olim 16. de verb. signif. Beneficia Principum sunt largissimè interpretanda.*

32. Episcopus potest uti alternativâ, quamvis collatio pro certo genere personarum fuerit restricta. Rota, part. 10. dec. 279. num. 18. Non enim collationis libertas ad effectum alternativæ excluditur eo quod Episcopus teneatur conferre certo generi personarum. Rota, part. 2. dec. 600. num. 5. Card. de Luca, de benef. disc. 93. numer. 5. Gonzalez, Garzias, La Croix, loc. cit. n. 480. Item potest Episcopus uti alternativâ etiam in parochialibus, licet in ipsarum collatione requiratur examen, &

Examinatorum approbatio, cum nihilominus solus Episcopus dicatur conferre. Rota, part. 2. dec. 600. n. 10. Leurenus, quest. 581. La Croix, loc. citat. num. 480. & alii. Non enim impeditur alternativâ ex eo quod collatio fieri debeat cum approbatione, & testimonio alicujus, quia nihilominus dicitur libera. Rota, ibid. n. 10. Item potest Episcopus uti alternativâ pro beneficiis impofterum vacaturis, non autem pro medio tempore vacantibus inter unam, & alteram alternativam. Rota, part. 19. tom. 1. dec. 76. num. 9. ubi decidit, non posse Episcopum pro beneficiis vacatis post expiratam primam alternativam ex morte Pontificis, qui eam concesserat, uti alia alternativâ obtenta à successore Pontifice, sed ista nova alternativâ posse solummodo uti pro beneficiis impofterum vacaturis.

33. Alternativâ ex simplici facultate optandi Canonice concessa, ceteris deficientibus requisitis non cessat, quia quando factum positivum, vel consilium, aut consensus alterius personæ non debet intervenire in ipsa collatione, sed simpliciter Ordinarius adstringitur beneficium conferre optanti, vel digniori, aut habenti certam qualitatem, tunc ad effectum alternativæ collatio Episcopi adhuc dicitur libera, cum limitatum tantum, & restrictum sit jus conferendi passivum, non autem activum, quod penes ipsum remanet absolutum, & liberum, dum solus confert privative quoad omnes. Rota, part. 12. dec. 127. num. 10. & 11. Gonzalez, ad regul. 8. Cancell. gloss. 45. num. 19. cum quatuor sequentibus, ubi sub num. 23. specialiter loquitur de optime Garzias, de ben. part. 5. cap. 1. num. 476. & alii. Cum enim Episcopus solus conferat, nullum respectu alternativæ adest impedimentum, licet in cui dando non sit absoluta potestas, & beneficium cuiquam conferre non possit; Rota, cit. n. 12. & 13. Gonzalez, & Garzias, loc. cit. & alii. Cessat tamen alternativâ stante statuto per Papam confirmato, in quo non solum datur facultas optandi, sed expressè disponitur optionem habere vim validæ collationis, & provisionis; Rota, citat. part. 13. dec. 127. num. 14. ubi citat aliam decisionem in Urgellen. Sacerdotia 3. Junii 1624. coram Patriarcha Manzanedo, & aliam in Mesanen. Decanatus 1. Februarii 1641. cor. Dinoceto.

34. Exclusa censetur alternativâ ex quasi possessione Episcopi liberè conferendi beneficia. Rota, part. 10. dec. 49. num. 21. Secus verò si Episcopus non sit in hac quasi possessione, etiam si donum jus foveat super proprietate. Rota, part. 15. dec. 300. n. 31. Adde quod quasi possessio conferendi beneficia sufficit ad excludendam alternativam, quando lis non est inter Episcopum, & capitulum, sed inter provis. Rota, part. 10. dec. 49. n. 4.

35. Quando unus est provisor ab Episcopo, qui dicitur resedisse, & alter est provisor à Papa, quia Episcopus negatur resedisse, tunc provisor ab Episcopo incumbit probare, quod Episcopus verè resederit: Cum enim velit gaudere privilegio residentie, tenetur eam probare. Gonzal. Garzias, Castrop. Card. de Luca, Leuren. cum La Croix, loc. cit. num. 482. & alii passim.

36. Alternativâ expirat per mortem Papæ concedentis, & per mortem Episcopi, cui fuit concessa, non enim transit ad successores. Rota, part. 19. tom. 1. dec. 76. numer. 7. La Croix, loc. citat. num. 483. Leurenus, & alii communiter. Item expirat per translationem Episcopi ad aliam ecclesiam. Card. de Luca, de benef. discept. 93. n. 22. La Croix, loc. cit. n. 483. & communis aliorum.

37. Alternativâ expirat statim ac declaratur, Episcopus scienter, & malitiosè sese intrinsece in menses papales, & in beneficia aliorum dispositioni, ut Sedi Apostolicæ aliis quomodolibet reservata, vel affecta, aut impedivisse provisiones papales: Habetur sic expressè sancitum in dict. regul. 8. aliis 9. Cancellariæ, & tenet comm. DD. Item expirat quando Episcopus renuntiat, & renuntiatio est acceptata à Papa. Habetur expressè in cit. regul. 9. aliis 8. & tenet communis Doctorum cum Rota, part. 11. dec. 108. ubi dicit quod quando conceditur alternativâ dissolutio, nihil aliud agitur, nisi acceptationem semel factam cancellare, atque cessare ex librò Datarie, in quo describitur solet, adnotando in margine acceptationis diem, mensem, & annum, quo fuit dissoluta.

38. Refert Auctor alternativæ originem cum P. Corradi ad annum 1447. Sed confundit regulam mensium cum alternativâ: illa enim ortum habuit dicto anno sub Nicolao V. hæc verò indulgeri cepit sub Paulo II. circa annum 1470. Confer Rigant. in comm. in 2. part. regul. 9. Cancell. §. 1. n. 4. & seqq. Merito propterea Loterius de re benef. lib. 2. q. 37. n. 10. cavendum esse ait dict. dec. 196. coram Cavallo, asserente tempore Sixti IV. ad pontificatum assumpti anno 1741. alternativam non adhuc fuisse in usu.

39. Alternativâ proprie gratia non est, sed contractus Pontificem inter & Episcopum, Amyden de stylo Datar. lib. 1. cap. 29. num. 3. & seqq. Ros. de resid. Episc. cap. fin. n. 18.

40. Quamvis ut notat Auctor literæ patentes subscriptæ ab ipsomet Episcopo, & proprio sigillo muniri requirantur ad effectum gaudendi alternativâ, earumque formularum referat Gonzalez ad regul. 8. Cancellariæ, gloss. 62. num. 23. Van-Espen in jus eccles. univ. part. 2. tit. 3. c. 6. n. 18. alique; tamen limitatur primo hæc regula, si facta fuit acceptatio per publicum instrumentum, illudque Datarium admittit. Poterit enim Episcopus hoc in casu uti beneficio alternativæ; Garz. de benef. part. 5. c. 1. n. 156. Corrad. in praxi. benef. lib. 3. c. 6. n. 24. Rigant. loc. cit. §. 2. n. 3.

41. Rursus licet debeant esse subscriptæ ab ipsomet Episcopo, tamen fuit admisa alternativâ acceptatio; cum subscriptione Vicarii Generalis, nomine Episcopi ehiragra impediti, Gonzalez, gloss. 63. num. 43. Leuren. in for. benef. part. 2. sect. 3. c. 1. q. 574. n. 4. ait similia.

42. Demum licet debeant esse proprio Episcopi sigillo munitæ, tamen si per Datarium fuerint admisse, licet non adesset sigillum, adhuc valebit acceptatio. Corrad. lib. 3. c. 6. n. 24. Rigant. loc. cit. n. 5.

43. Alternativâ hæc à Sixto V. tempestate non conceditur (quod etiam observat Auctor) nisi Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, hinc si Episcopus uti Abbas, & possessor monasterii jus habeat conferendi beneficia à monasterio dependentia, non potest in illorum collatione gaudere alternativâ, quia eam non confert nisi Episcopus, sed tamquam Abbas, & Collator inferiori Card. de Luca, de benef. disc. 93. n. 12. Piton. discept. 93. n. 21.

44. Sed contrarium locum obtinet, quando Abbatia est incorporata, & subjectivè unita mensæ episcopali, Piton. discept. 93. num. 20. Rigant. post alios ad dict. regul. 9. Cancell. in part. 2. §. 1. num. 16. & Rota à prius decisus recedendo coram Herrera, dec. 148. n. 4. & 5. confirmata 6. Maji 1726. coram Crispolio, 20. Januarii 1727. coram Nunez, & 16. Januarii 1728. coram Corio.

45. An & quando alternativâ concessa Episcopis, is suffragetur etiam pro beneficiis unitis sedi episcopali, ipsique extra diocesim existentibus, plene discutit Rota in CasarAugustana beneficij 17. Martii 1747. coram Clemente.

46. An beneficiis alternativâ gaudere possint prelati inferiores, habent es territorium separatum cum jurisdictione episcopali? Negativam tuerunt Van-Espen, in jus eccles. univ. part. 2. tit. 23. cap. 6. num. 5. Prosper. de territor. separat. quest. 27. num. 41. & 42. late Piton. discept. eccles. 95. à num. 24. & seqq. & num. 39. in fine, quos confer.

47. Ut alternativâ magis sit Episcopis profusa, quo mense ab ipsis acceptari debeat? Vide Rigant. ad dict. regul. 9. Cancellariæ. §. 3.

48. Alternativâ, ut innuit Auctor num. 32. habet locum solum in beneficiis, quæ sunt liberæ collationis Episcopi. Beneficium autem liberæ collationis ad hunc effectum dicitur illud, quod excludit factum, seu concursum alterius; nam ubi requiritur electio, presentatio, nominatio, consensus, consilium, interventus, aut quomodocumque alio modo dispositio alterius, beneficium non dicitur liberæ collationis; Van-Espen, dict. tit. 23. c. 6. n. 21. Rigant. post alios ad dict. regul. 9. §. 4. num. 5. Et ad 62. hunc effectum magis attenditur quasi possessio, quam proprietates, Gonzalez, gloss. 45. §. 2. per tot. Garz. de benef. part. 5. c. 1. n. 478. Rigant. loc. mox citat. numer. 6. & 7.

- 63 Quod scribit Auctor num. 24. in beneficiis simultaneae collationis Episcopi cum capitulo, si collatio ex concordia partium sit alternis vicibus cuilibet reservata, in suo turno posse Episcopum gaudere alternativa; intellige si divisio percutiat substitutionem, & proprietatem juris conferendi, nec sufficit, quod inter ipsum & capitulum divisum fuerit solum exercitium simultaneae, juxta receptionem sententiam, quam reprobant nominatim Gonz. firmat. Barb. *Vot. disc. 95. n. 10. & seq. Piton. de contr. patron. alleg. 100. n. 17. Rigant. loc. prox. c. n. 29. & 30.*
- 64 Pariter alienum a vero videtur, quod sit Auctor cit. n. 34. hoc procedere stiamsi concordia non sit confirmata; quia quando concordia super illius divisione inita, aut non fuit per sedem apostolicam confirmata, aut confirmata fuit cum clausula *salvis apostolicis reservationibus*, tunc nec favore Episcopi locus erit alternativae in provisione beneficiorum simultaneae collationis cum capitulo; confer sepe laudatum Rigant. *disc. §. 4. n. 31.*
- 65 Quid autem in terminis optionis, an dicatur beneficium liberae collationis, quod velle videtur Auctor n. 38. quando debetur optanti? Vide Rigant. *ad disc. §. 4. n. 13. & seqq. qui negativam tuetur.*
- 66 Quando divisio simultaneae collationis inter Episcopum, & capitulum est facta per menses, & tunc si Episcopo contingant *Martius, & September*, habet locum alternativae, secus si *Junius, & December*, quia aliis capitulum amitteret jus conferendi beneficia in diebus mensibus vacantia, Garzias, *de beneficiis, part. 5. cap. 1. n. 711. Rigant. disc. §. 4. n. 32.*
- 67 Stante simultaneae beneficiorum collatione inter Episcopum, & capitulum, non potest Episcopus ad illius divisionem provocare, & cogere capitulum invitum ad dividendum, Rota, in *Hispanen. divisionis simultaneae* 11. Febr. 1697. coram Muro, & 4. Junii 1700. coram Priolo.
- 68 Episcopo negligente conferre beneficia in mensibus alternatis vacantia, devolutio fit immediate ad Papam, Loterius, *de re benef. lib. 2. q. 25. n. 36. Rigant. disc. §. 4. n. 46. & seqq.*
- 69 An Episcopus possessor ecclesiae, in qua Cardinalis indulto gaudet conferendi beneficia in octo mensibus reservatis, possit vigore alternativae conferre beneficia in sex mensibus alternatis vacantia? Vide Card. de Luca, *de benef. disc. 126. per tot.*
- 70 Quae, & qualis residentia requiratur, ut suffragetur alternativae, & quando, & quomodo cesset, ultra ea, quae ab Auctore observantur, confer late disputant Rigant. *in disc. part. 2. regul. 9. Cancell. §. 5. & 6.*
- 72 ***Cum in aliquibus ecclesiis quoad ordinariam beneficiorum provisionem Episcopi suffragium suffragio Capituli omnino aequivaleat, ita ut & Episcopus, & Canonici suum jus diverso loco diversoque tempore, & modo dare possint; hinc quemadmodum haec suffragia in diversas eodem tempore personas non raro concurrerent, ad vitandam quamcumque discordiam laudabilis inolevit usus (ait Card. de Luca) hujusmodi juris exercitium dividendi per alternativam, seu per menses, & tempora, ut quilibet nomine consortis totum jus absque hac discrepantia exerceat.
- 73 Quod si collatione spectante ad Capitulum, hanc vice sua conferre negligat, devolutio fiet tali casu non ad Episcopum, qui est par collator cum Capitulo, sed ad Archiepiscopum sive Metropolitanum, ait Garzias *de beneficiis part. 10. cap. 3. n. 35.* "quia divisio non tollit aut mutat jus devolutionis, quae est ad proximum Superiorem, & non ad eundem inferiorem, qualis est in hoc casu Episcopus."
- 74 Si alternativae vigeat inter patronum laicum, & ecclesiasticum, jus patronatus pro vice ecclesiastici totum censetur ecclesiasticum.
- 75 Alternativa, quae inter Papam, & Episcopum in favorem residentiae introducta est, pendet a mero beneplacito Episcopi, qui eam gratiam acceptari velit; qua ut fruatur, acceptionem ipsam per patentes litteras manu propria

subscriptas suoque sigillo munitas declarare, & litteras ipsas huc ad Datarium Sanctitatis suae transmittere tenetur.

Hanc gratiam uti personale respectu Episcopi acceptantis, morte ipsius expiret, ejusque successorem debere denuo acceptare, si uti voluerit, notat Gonz. *gloss. 58. m. 18.*

Immo si Episcopus post acceptionem alternativae translatus sit ad alium episcopatum, si alternativae hac uti desideret, tenetur eam de novo acceptare, quia illam prius ut Episcopus talis diocesis acceptasse censetur.

Ubi autem Episcopus semel alternativam acceptavit, non potest pro libito suo ab ea recedere, ut ibidem monet Gonzalez num. 14. quia acceptio est mensium commutatio; id est, Episcopus, qui ut ceteri ordinarii Collatores, habebat quatuor menses liberos, nimirum *Martium, Junium, Septembrem, & Decembrem*, acceptando alternativam, permutat hos quatuor menses cum sex aliis, scilicet, *Februario, Aprili, Junio, Augusto, Octobri, & Decembri*; quae permutatio cum sit adinstar contractus cum Pontifice, non potest ab eo sine consensu Pontificis resiliiri. Sic expressum legitur ipsa regula, quae dicit: Et post factam acceptionem, & admissionem in Dataria neutri parti liceat, nisi concordati consensu ab ea recedere.

Inferri inde posse videtur, quod si Episcopus acceptata alternativae non residet, non possit nequidem conferre beneficia vacantia in Martio aut Septembri; quae indubie conferre potuisset, si alternativam non acceptasset. Cum enim menses illi, qui alias erant de quatuor ordinariis juxta priorem partem regulae per acceptionem alternativae, sint facti apostolici; non potest Episcopus per non residentiam eos facere ordinarios, ut probat ipse Gonzalez *gloss. 43. num. 122.*

In institutione alternativae nihil aliud insinuat voluit Curia Romana, nisi ut Episcopi alternativam veluti gratiam a Sedis Apostolicae beneplacito dependentem postulerent & agnoscerent; cum tamen Episcopi jure proprio, sive jure dignitatis suae episcopalis sint omnium beneficiorum intra limites suae diocesis consistentium quasi naturales Collatores; ita ut dum eis alternativae mensium annuitur, nihil ipsis tam de novo dici debeat accedere, quam pars aliqua illius juris, quod ipsis titulo suae dignitatis competeat, & per reservationes pontificias erat subtractum, rursus restitui.

De quo jure Ordinarium, nec non de pretensione Curiae Romanae attribuentis Summo Pontifici omnium beneficiorum plenam provisionem, querebatur altissime Franciscus de Vargas, qui, cum in Concilio Tridentino quibusdam Patribus videretur discutendam esse materiam beneficiale, scribit ejus se esse opinionis, "ut in hac materia tractanda ante omnia deberet esse plena libertas examinandae & decidendi, atque ante omnia necessarium esse probare, quod jus Papa pretendere queat providendi de beneficiis, cuiuscumque sint conditionis; quod ubi fiet, clare adstruam (saepe) ex principiis & fundamentis juris naturalis, divini & humani, nec non ex pristina ecclesiae praxi, ex varia mutatione, quae circa ecclesiae disciplinam contingit, ex jure canonico, pristino & hodierno, ex naturali ratione, ac ex ea quam recentia politia requirit necessitate, per haec omnia principia (ait) probaturus sum, Romanum Pontificem non habere tale jus disponendi de beneficiis, quali hodie videtur, quod nullatenus inuenerit suam dignitatem, aut auctoritatis plenitudinem."

Quam sententiam pro extensum referre hic institutus, ut innotesceret, quibus optimis consiliis duellum quidam Imperantes hujus temporis operam suam impendant, ut alternativae in collationibus & electionibus Capituli sive Episcopi inter & Apostolicam Sedem de medio omnino tollatur, ea potissimum de causa, ut dignitati episcopali sive capitulari ea jura rursus tandem restituantur, quae per pontificias reservationes, cum nulla quidem ratione Pontifici competere, ipsis naturalibus collatoribus fuerant abusive subtracta.***

AR-

Præter jam relata, (1) postea que dicenda circa presentationem beneficiorum, cui hodie competat virtute concordati, (1) Vide *verb. Abbas & Beneficium.*

ARTICULUS II.

Quoad aliqua Miscellanea.

SUMMARIUM.

- 1 ALTERNATIVA ut verificetur, satis est alteram partem esse veram.
 - 2 Alternativa regulariter est electionis, non ordinis.
 - 3 Fallit si alternativae sit posita inter diversas personas, & in primo nominatis subit major ratio.
 - 4 In alternativae electio regulariter est debitoris.
 - 5 Fallit in debitore moroso, & doloso.
 - 6 Item fallit in legatis alternativis.
 - 7 Item fallit in penis alternativae appositis.
 - 8 Item fallit, quando alternativae est posita in favorem conditoris.
 - 9 In alternativae prohibitione sufficit alterum verificari.
 - 10 Alternativae petens non censetur præcisè alterum petere.
 - 11 Obligatus ad duo alternativae, potest prestare quod maluerit, ut liberationem consequatur.
 - 12 Alternativae, seu turnus inter regulares eligendi alternativam modo esse una, modo esse alia natione Superiorum tunc Generales, tum Provinciales, aliosque officiales, an congruat, & liceat.
 - 13 Electio coarctata ad paucos eligibiles, est ipso jure nulla; & hic multa ad rem.
 - 14 In illis regionibus, & provinciis ubi talis alternativae pro pace, & quiete, & pro servanda Justitia distribuita, legitime introducitur, & concessa est, nisi vere defecerint Religiosi capuces, est omnino servanda, aliud electio esset nulla.
 - 15 Ad hoc ut alternativae legitime introducatur, debet concedi a Sancta Sede, vel Julicri ejus speciali auctoritate; & hic multa ad rem.
 - 16 An talis alternativae concedi, seu demandari possit a Capitulis Generalibus.
 - 17 Subrogatio in Definitiorum Provinciarum Minorum habentium alternativam quomodo faciendae.
- ALTERNATIVA, ut verificetur, satis est alteram partem esse veram; alternativae enim natura est, ut alterum sufficiat, cap. Inter ceteras 4. de *rescriptis*, cap. In alternativis 70. de *verbor. obligat.* in 6. lib. 1. In alternativis. . . . sufficit alterum adimpleri; leg. Si quis ita stipulatus fuerit ff. de *verbor. obligat.* Rota recent. part. 2. dec. 719. num. 2. part. 6. dec. 285. num. 5. part. 12. dec. 156. num. 5. part. 3. dec. 119. num. 6. & dec. 226. num. 5. & saepe alibi Fagnan. lib. 1. decretal. in cap. Inter ceteras 4. de *rescriptis* num. 2. & lib. 3. in cap. Quatuor 9. de *Clericis non resident.* num. 32. & alii communiter.

Alternativa regulariter est electionis, non ordinis; solum attendendum venit, quod, cum Ordinarii ad faciendam collationem quatuor mensibus gauderent, idem tempus eis remansit, sine alternativae imposterum arbitrio; (1) adeo, ut si littere, aut rescripta apostolica ad hujus fruiionem expediantur, utpote absque earum presentatione ad regium placetum vulgo *el Pase* obtinendum, non exequentur, & tamquam pactis in concordia expressis oppositae, retinentur. (2)

(1) Ley 11. tit. 6. lib. 1. cap. 1. ibi: Excluidas las alternativas de meses en las collaciones que antecedentemente se daban, y que no se concedan jamas en adelante.

(2) Ley 37. prox. cit. §. 1. Mando se presenten en mi Consejo antes de su publicacion y uso todas las Bulas, Breves, Rescriptos y Despachos de la Curia Romana, que contuvieren ley, regla u observancia general, para su reconocimiento, dandoseles el pase para su execucion, en quanto no se opongan a las Regalias, Concordatos, Costumbres, Leyes y Derechos de la Nacion, o no induzcan novedades perjudiciales, gravamen publico, o de tercero. Ley 2. tit. 9. lib. 1. Indiar. Si algunas Bulas o Breves se llevaren a nuestras Indias, que toquen en la gobernacion de aquellas provincias, patronazgo y juris-

sufficit enim ut verificetur quod altera pars eligatur, & adimpleatur ex supra citatis Juribus, Fagnan. lib. 1. *decretal. in cit. cap. Inter ceteras num. 47. & alii passim.* Fallit si alternativae sit posita inter diversas personas, & in primo nominatis subit major ratio, quam in posterioribus in secunda parte alternativae comprehensis: Tunc in alternativae ordinem inducit, non electionem: & ad secundam partem alternativae perveniri non debet, nisi in subsidium, & in defectum primae; colligitur ex cap. Metropolitanano 90. *juncta glossa in verb.* Ex *Presbyteris dist. 63.* ubi cum jubeatur ut, Metropolitanano defuncto, in ejus locum subrogetur allux ex Presbyteris, vel Diaconis, gloss. notat illis verbis esse designatum ordinem, id est, ut ex Diaconis Metropolitanans non eligatur, nisi desint Presbyteri. Item probat textu in leg. *Heredes mei §. fin. ad Trebell.* ubi Fidei commissum relictum alternative nepotibus, vel ceteris cognatis, non debetur ceteris cognatis, donec extant nepotes, qui prædilecti præsumuntur; colligitur etiam ex l. Si fundum sub conditione, §. His verbis ff. de leg. 1. *cap. Mandato de proband. in 6. & expressè dicit glossa in cap. In alternativis 70. de regul. juris in 6. lib. 1: Sunt tamen quedam alternativae, in quibus debet ordo servari, Fagnan. loc. cit. num. 48. & alii.*

In alternativis electio regulariter est debitoris, cap. In alternativis 70. de *Regul. in 6. lib. 1: In alternativis debitoris est electio, leg. Plerumque 10. §. final. ff. de Jure dot. & §. Huic autem qui loco 33. Instit. de *Action. Rota recent. part. 3. dec. 49. num. 2. part. 5. dec. 288. num. 3. p. 17. dec. 88. num. 1. & dec. 122. num. 8. & saepe alibi, Card. de Luca de locat. dec. 17. sub numer. 6. Fagn. loc. cit. n. 42. & alii passim.* Fallit tamen in debitore moroso, vel doloso se gerente, & litem contestante, quo casu dicta electio transfertur in creditorem, Rota part. 17. dec. 88. num. 2. part. 19. tom. 2. dec. 362. n. 9. Item fallit in legatis alternativis, quorum electio in dubio est Legatarii, gloss. in l. Laico in *verb. Vendicare ff. de legat. 2. Alexand. in l. Qui duos. ff. de leg. 1. Imola in cit. cap. Inter ceteras 4. de *rescriptis* num. 5. *Relinus ibid. num. 4. Fagnan. ibid. numer. 43. Bald. in d. leg. Lucio, Decius in cit. cap. In alternativis, & alii.* Item fallit in penis alternativae appositis, quarum electio est Judicis, & non rei, & sic debitoris, gloss. *fin. in cap. A crapula de vita, & honestat. Clericorum*; quam sequuntur Doctores communiter, teste Fagnano *loc. cit.* Item fallit quando alternativae est posita in favorem creditoris, quo casu creditor in ea habet electionem, Rota recent. part. 2. dec. 264. n. 1. part. 17. tom. 2. dec. 215. n. 4.**

In alternativae prohibitione sufficit alterum verificari, ut sit locus penae, l. Si quis ita stipulatus in fine ff. de *verborum obligat.* Decius in cap. In alternativis *vers.* Ad secundam partem appono de *regul. juris in 6. Fagnan. lib. 4. decretal. in cap. Insinuante 7. Qui clerici vel conventos num. 53. & alii.* Alternativae petens non censetur præcisè alterum petere, §. Huic autem, *Instit. de action. Fagnan. lib. 1. decretal. in cap. Inter ceteras 4. de rescriptis*

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.B.L.

cripsit num. 4. & in cap. Super literis 20. tit. cod. n. 36. & alii passim. Obligatus ad duo alternativè potest præstare, quod maluerit, ut liberationem consequatur, leg. pen. cod. de condit. indeb. & cap. Referente, de præbend. gloss. in cit. cap. Inter ceteras in verb. istorum, quam communiter Doctores recipiant, teste Fagnan. ibid. num. 4.

(Quæ discretio inter conjunctivam, & disjunctivam orationem notatur, Vide leg. 24. tit. 11. p. 5. Si alternativa fuerit, quod sit debitoris, præterquam in legatis aut ultimis voluntatibus leg. 23. 25. & 26. tit. 9. p. 6. electio rei vel personæ cujus vel cui erit solutio facienda l. 39. tit. 14. p. 5. 23. tit. 11. ejusd. p. Conducunt leg. 22. tit. 15. p. 7. aliquid leg. 7. 17. & 19. tit. 5. 17. tit. 7. 6. & 7. tit. 15. p. 1. demonstratur.)

22 Alternativa seu turnus inter regulares eligendi alternatim modo ex una, modo ex alia natione Superiores, tum Generales, tum Provinciales, aliosque Officiales, an congruat, & liceat nec ne plene disputatur per Fagnan. in cap. Cum dilectus 8. de consuetudine à num. 37. & per Card. de Luca de Regularibus disc. 3. à n. 9. ubi constituitur regula negativa firmata per Sacram Rotam part. 1. recent. decr. 67. n. 7. & 8. Quod scilicet iste turnus potius est in jure prohibitus, & contra naturam electionis, & talis electio est minus tuta, maxime in parvis religionibus, & provinciis, ubi Electores ratione talis alternativæ, seu turni sæpius coguntur neglectis verè dignis, & undequaque religioni, seu provincie proficuis,

eligere minus dignum, & religioni, seu provincie undequaque inutilem. Sic se docuisse experientiam testatur Fagnanus, qui non erat Regularis. Quid vero testentur Regulares hæc in die, experientia edocet? Quum meritores, & undequaque expertissimos alloquat, ipsi testentur.

Scio tamen, quod electio coarctata ad paucos eligibiles est ipso jure nulla, ut advertunt Portell. de dub. verb. Election. 4. Lezana quart. regul. part. 1. cap. 15. n. 11. Barbosa Vor. decr. 35. numer. 65. & seq. Sigismund. à Bononia de elect. dub. 52. Castellin. eod. tract. cap. 2. num. 7. Passerin. eod. tract. cap. 2. num. 12. & 48. Card. de Luca de Canonico. decr. 2. num. Ursaya tom. 3. part. 1. discip. 13. n. 13. & alii passim. Et ratio est, quia in his casibus magis obligat lex divina prohibens eligere indignum, quam lex positiva limitans electionem ad certum genus personarum, ut considerat Passerin. de election. cap. 2. num. 12. & 48. ubi de restrictione ad quinque Religiosos, & refert ita resolutum à Sac. Cong. Conc. Et Rodriguez quest. regular. tom. 2. quest. 51. art. 11. refert irritationem trium electionum ob paucitatem eligendorum, quam in terminis alternativæ inter Criollos, & Hispanos refert, & sequitur Solorzan. De Jur. Ind. lib. 3. cap. 26. num. 102. & seq. Et respectu P. Francisci Montani Criolli, electi Provincialis immediatè ante P. Martinum de Jxar, resoluti Sac. Congreg. Episc. & Regul. in Quinqu. confirmationis electionis anno 1690. Ponente Card. Carpineo, in qua neglecta fuit dicta alterna-

Licet nulla occurrat dubitatio circa doctrinam, quam noster literis præclarus, Universitatis Salmantinz juris utriusque Doctor Hispanus D. Joannes de Solorzano, ex equestri Divi Jacobi militia, inter alios titulos, in Superiis Castellæ, Indiarum Consilii meritissimus Senator, inserit, quamque Actor refert: nihil quidem de ejus observantia disserendo; evidens est, Sanctissimum in Christo Patrem D. Urbanum VIII. fratribus ordinis Eremitarum Sancti Augustini provincie mexicanæ, Hispanis nimirum, ac illis, qui Criollos idiomate vernaculo denominantur, concessit, ut alternativa in electionibus circa Provinciales, & primariæ domus ejusdem ordinis mexicanæ Priorum, nec non Definitores, Visitatoresque provincie hujusmodi omnino servaretur; (1) ut vero, quidquid sit de ejus obser-

URBANUS PAPA VIII

Ad futuram rei memoriam.

(1) Commissi Nobis per abundantiam divinæ gratiæ pastoralis officii debitum postulati, ut ad ea, quæ personarum divini numinis obsequiis sub suavi religionis jugo mancipatarum; fellicque statui, & directioni opportunè conveniunt, mentis Nostræ aciem assidè intendamus, eaque statuamus, & discernamus, quæ earum personarum paci, & quieti conspicimus in Domino salubriter expedire. Hinc est, quod nos dissensionibus, & controversiis, quæ, ut accepimus, inter dilectos filios fratres ordinis Eremitarum S. Augustini provincie mexicanæ, hispanos nimirum, & illos qui Criollos nuncupantur, circa Prioris, Provincialis, aliorumque ordinis, & provincie hujusmodi officialium infrascriptorum electiones in dies oriri consueverant, quantum cum Domino possumus, obviam ire volentes, moru proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, quod de cetero perpetuis temporibus circa Provinciales, ac primariæ domus ejusdem ordinis mexicanæ Priorum, nec non Definitorum, & Visitatorum ordinis, & provincie hujusmodi electiones, alternatim in fratres hispanos, & Criollos prædictos omnino servetur, prout in aliis Indiarum provinciis, tam prædictis, quam aliorum ordinum in similibus servari consuevit: ita videlicet, ut Provincialis dictæ provincie, & Prioris primariæ domus mexicanæ hujusmodi electio pro primo triennio ex dicti ordinis religiosi naturalibus Criolliis fiat. Atque ita in Definitores provincie hujusmodi pro quolibet triennio duo ex Hispanis, & duo ex naturalibus Criolliis dicti ordinis, religiosi, & similiter in Visitatores, unus ex Hispanis, alter ex Criolliis religiosi hujusmodi respectivè eligantur, & eligi, atque hujusmodi distributionis ordo in prædicta provincia ab illius religiosi prædictis, semper servari omnino debeat, apostolica auctoritate tenore presentium statuimus, & ordinamus. Decernentes quæcumque ad hujusmodi officia, aut si dicendum sit, munera, electiones, contra presentium formam

& tenorem forsân, quomodolibet faciendas, nullas, irritas, & inanes, nullisque roboris, vel momenti fore, & esse, ac nullum per eas cuique jus acquiri: sique, & non aliter in præmissis per quoscumque judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ubique judicare, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quocumque quavis auctoritate venerit, vel ignoranter contigerit, & antea. Quocirca venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis in dicta provincia constitutis, seu dilectis filiis eorum officialibus per presentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus illorum per se, vel per alium, seu alios, presentes literas, vel in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties super hoc requisiti fuerint, solemniter publicantes, ac in præmissis efficaci defensionis præsidio assistentes, faciant, auctoritate Nostra ab omnibus quos expectat, & in futuro quomodolibet spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari, & adimpleri, contradictores quoscumque, & rebelles per sententias, & censuras, & penas ecclesiasticas, aliisque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium ad iudicium non trahatur, aliisque constitutionibus, & ordinationibus apostolicis quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiisque quoque, & indulgiis, & literis apostolicis in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis eorum omnium tenores presentibus, pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentibus, illis aliis in suo robore permansuris; hæc vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, die 11. Septembris anno Domini MDCXXVI. Pontificatus nostri anno IV.

nativa eodem defectu non probate existentie Hispanorum eligibilium. Sic refert Ursaya loc. cit. num. 15.

14 In illis autem regionibus, & provinciis, ubi talis alternativa, pro pace, & quiete, & pro servanda Justitia distributiva legitime introducta, & concessa est, nisi verè deficiente Religiosi habiles, & capaces, est omnino servanda, aliàs electio esset nulla ex adductis per Passerin. de elect. c. 2. n. 6. Castellin. eod. tract. c. 11. n. 37. per Ursayam tom. 3. part. 2. discip. 15. n. 111. & alios passim; & servanda esse respondit novissimè Sac. Cong. Episc. & Reg. in Hydruntina pro Reformatis die 29. Apr. 1712. in qua propositis tribus sequentibus dubiis à Cardin. S. Clementis fuerunt resoluta ut sequitur.

Dub. I. An sit servanda alternativa, seu concordia in provincia S. Nicolai de anno 1690. seu potius sit exequendum Laudum in casu?

Dub. II. An dicta provincia sit realiter dividenda in duas partes, & quatenus affirmativè?

Dub. III. An sit distribuenda in tres districtus in casu &c.

Ad primum affirmativè, quoad primam partem, negativè quoad secundam, & amplius.

In reliquis provivum in primo.

15 Ad hoc vero ut alternativa legitime introducat, debet concedi à S. Sede, vel fulcri ejus specialis auctoritate prout fuscè ex multis ostendit Petrus de Baisio in suo directorio election. quem citat, & sequitur Donatus Rer. Regular. prac. tom. 2. quest. 32. num. 2. & alii. Et sic à Leone X. in Bulla Unionis fuit concessa alternativa ordinis Minorum de Observantia pro eligendo ministro generali alternatim, modo ex familia ultramontana, modo ex familia cismontana: Et in hac cismontana familia ab Alexandro VII. sub die 30. Augusti 1664. in Brevis incip. Illius, qui Charitas est, & ab Innocentio XI. sub die 3. Junii 1688. in Brevis incip. Inter gravissima, fuit stabilita alternativa pro eligendo Commissario generali alternatim uno triennio ex Reformatis, & altero triennio ex Observantibus. Et die 10. Maji 1706. a congregatione particulari deputata à Sanctissimo, à quo fuerat ultra sexennium prorogatum capitulum generale, fuit resolutum, ut interim, ne violaretur alternativa, duo eligerentur Vicecommissarii generales, unus pro Observantibus, alter pro Reformatis, effectu subsequente ex Sanctissimi approbatione, & electione dictorum duorum Vicecommissarios. generalium, scilicet P. Celestini à Mediolano pro Observantibus, & P. Antonii à Monte Bufio pro Reformatis: Et sic sæpè sæpius fuit à Sancta Sede concessa alternativa aliis religionibus, & variis particularibus provinciis.

16 An autem talis alternativa concedi, seu demandari possit à capitulis generalibus respondendum est cum distinctione: Aut consentiant partes habentes jus, & interesse in electionibus, & tunc fieri potest ex ratione, quia eadem partes possunt proprio juri renuntiare. Aut verò partes non sunt concordæ, & tunc illa demandari non potest à capitulis generalibus. Ita Passerin. de elect. c. 2. n. 61. Ursaya tom. 3. part. discip. 15. n. 113. & alii. Nisi forte capitula generalia ipsam concederent, aut de-

servantia, invenitur dispositum, non solum Regios Auditores citatam Bullam curatum ire exequi, sed omnes, quæ eandem in finem, ut aliæ Religiones alternativa perfruantur, à Summo ecclesiæ Præsule sint obtenta (1); immò jam sic antèrior in tempore erat provivum super concordiam inter fratres Dominicanos Hispanos, etsi in Indiis natos, à Sede Apostolica, & eorundem Generale confirmatam (2).

(1) Ley 52. tit. 14. lib. 1. Ind. Porque se han despachado Breves de su Santidad, para que en algunas provincias de Nueva España los Religiosos de la Orden de San Augustin elijan en un capitulo Religiosos Españoles de los que en ella residen, y en otro Religiosos naturales de las Indias: Rogamos y encargamos à los Prelados, y Capítulos de la dicha religion, que guarden, y hagan guardar, y cumplir los dichos Breves en la forma que manda su Santidad, así en las provincias de Nueva España, como en las Filipinas, estando pasados por nuestro Real Consejo, y dado testimonio de su presentación; y esto mismo se entienda con las demas religiones, y provincias de las Indias que tuvieren Breves de

mandarent ex permissione, & approbatione Sedis Apostolicæ, ex cujus permissione, & approbatione, ita posse capitula generalia in ordine Prædicatorum testatur Donatus loc. cit. num. 2. ejusdem Inelyti ordinis sapientissimus filius.

17 Pro ordine Minorum de Observantia in capitulo generali Mediolani celebrato 1729. 4 Junii in conventu S. Angeli (cui interfui & ego ut, quamvis immerito, Provincialis) fuit statutum ut sequitur, ibi num. 44. In provinciis habentibus ex auctoritate legitima alternativam, statuitur, ut deficiente in Definitorio aliquo patre, non subrogetur loco ipsius pater dignior provincie, sed dignior illius partis, in qua defectio accidit.

Defuncto Commissario generali Patrum Minorum Observantium, & Reformatorum, num Vice-Commissarius eligendus sit ex illa familia, cujus erat defunctus Commissarius generalis, vigore alternativæ, in dicto ordine vigentes, consule Lanfrandum respons. eccl. 38. per tot. Plura alia afferri hic possent, sed magis congruum ducimus de iis suis locis disserere.

AMORTIZATIO.

18 AMORTIZATIO juxta hodiernum loquendi usum nihil aliud est, quam indulgentia, dispensatio, & concessio facta iis, quos Manus Mortuas vocamus, bona immobilia acquirendi & possidendi.

Cum præter mansum ecclesiasticum, cujus nomine venit ea portio agræ quæ ipsi ecclesie in dotem assignari solebat, vel presbytero ecclesie deservienti, cum aliquot mancipiis, quæ quidem portio ab omnibus oneribus immunis erat, nulla acquisitio bonorum immobilium fieri posset à communitatibus, nisi Principis consensus accederet; necessarium visum fuit hujusmodi indulgentiam concedere, quotiescumque Principi ipsi constituit, pastoribus, seu monasteriis non esse sufficienter provivum de competentia.

Quia vero per hujusmodi concessionem republicæ damnum inferitur, & bona immobilia è potestate seculari subducuntur, adeoque impositionibus gravati non possunt, sicuti cetera bona in manibus laicorum existentia; hinc factum est (ait Anselmus in suo Triboniano Belgico cap. 87. §. 2.) ad vitanda incommoda, seu rationes, ob quas prohibitum est ecclesiasticis & monasteriis acquirere, ut bona amortizanda subicerentur & obnoxia redderentur impositionibus, talliis, contributionibus, ceterisque aliis oneribus, perinde ac si essent in potestate seculari.

Hinc consequens est, illa tantum bona censeri debere amortizata, quæ à jurisdictione seculari per Principem sunt exempta, literis desuper ritè expeditis, vel quæ à 70. aut 80. annis tamquam amortizata per ecclesiasticos possessa sunt.

Cum autem Principes expendissent tantam jam bonorum copiam penes corpora ecclesiastica possideri, ut ex illis se honeste ac sufficienter intertinere possint, attenta etiam magna ecclesiarum, monasteriorum, hospitalium, conventuum, capellanarum & fundationum multitudine,

per su Santidad para alternativa, y con las mismas calidades.

(2) Ley 51. ejusd. Rogamos y encargamos à los Prelados eclesiásticos seculares, y à los regulares de la orden de Santo Domingo de la provincia de Quito, que pongan todo cuidado en que se guarde la concordia hecha por los Religiosos Españoles, y naturales de las Indias sobre alternativa en la eleccion de Provincial, que la Santa Sede Apostólica, y el General de la Religion han confirmado por sus Breves, y Parentes. Y mandamos al Presidente, y Oidores de nuestra Real Audiencia, que reside en la Ciudad de San Francisco de Quito, que procuren se guarde y cumpla.

BIBLIOTECA CENTRAL

per quam suos subditos multum gravari asserunt; optima lege veterant ne bona immobilia ultra transferrentur in monasteria, aliaque corpora ecclesiastica, nisi obtentis prius literis amortizationis.

6 Non desunt, qui scribere & docere tentarunt Principes seculares similem legem ferendo suam exercere potestatem, eamque legem tamquam immunitati & libertati ecclesiasticæ contrariam omnino esse reprobendam.

7 Verum quamplurimi Theologi melioris notæ, quorum tractatus inserti leguntur tom. III. Monarchiæ Imperii per Melchiorum Goldastum, quibus æquitas, & iustitia hujus legis solidissimè astruitur, & Principum auctoritas in ferenda simili lege vindicatur, probantur in hac lege Principem non disponere de rebus ecclesiæ, sive ad ecclesiam jam spectantibus, sed de rebus suæ jurisdictioni planè subjectis & eatenus sibi propriis; ac propterea posse statuere, ne ad ecclesiasticos, sive Manus Mortuas bona illa transferantur; præsertim quòd per eam translationem quodammodo ejus jurisdictioni subtrahantur, nec jura Principis salva & integra esse possint.

8 Quapropter sicut privatus quisque potest præcavere, ne sua bona ad ecclesiam transferantur citra violationem libertatis ecclesiasticæ, non dubium, quin idem liceat Principi, si ex ea translatione sua jura inverti prævideat.

9 Dolendum sane quod ecclesiasticorum & religiosorum quorundam nimia aviditas copulandi agrum agro, Principes coegerit, subditis suis hujusmodi legem imponere, ita ut hic merito applicari posset, quod occasione simili legis suo tempore dixit Sanctus Ambrosius: "legem non reprehendo, sed doleo, quod talem legem merito fuerimus." ***

(Quanta sollicitudine hæc materia omnibus sit ætatis meditata, neminem fugit; peritissimorum hominum judicia defatigavit; nulla eisdem via fuit aperta, acquisitionis bonorum immobilium de personis, & communitatibus ecclesiasticis præcavendi ergo, cum republica ex secularibus, & ecclesiasticis integrari: circa hoc vide literales expressiones Auct. Acor. 4. §. 32. & 33. tit. 4. lib. 1. Recop. Cast. Recognosce add. hisp. verb. Bona, vers. Tam constans est, cum subsequenti immediatè Brevi super Unice contributionis stabilimento à Summo Ecclesiæ Prasule D. Benedicto XIII. expedire jussu; super hoc multi scripserunt: inter hos recognosce speciale Tractatum hispano sermone de la Regalia de la Amortizacion ab Illmo. D. D. Petro Rodriguez Campomanes elaboratum, & anno 1765. publicatum.)

AMPHIBOLOGIA. Vide verb. Accusatus à n. 31. & verb. Juramentum art. 1. à n. 23. ad 25. ac verb. Restrictio mentalis per tot. ac verb. Virtus à n. 34. ad 75.

ANIMA.

SUMMARIUM.

- 1 ANIMA rationalis est forma hominis.
- 2 Est immortalis.
- 3 Non est ex substantia Dei.
- 4 Non nascitur per Adamum.
- 5 Sed creatur à Deo, unicuique homini sua, ad n. 7.
- 6 De Animabus moriturum in genere, ad num. 14.
- 15 De Animabus purgatorii, ad num. 26.
- 27 De Animabus jam purgatis, earumque beatitudine, ad num. 31.

ANIMA rationalis, seu intellectiva per se est forma hominis: Contrarium est hæresis, Clement. I. de fide Catholica, Conc. Viennens. Generale 15. §. Petro, ubi fuit sic definitum præcisè his verbis: quod quisquis doctores asserere, defendere, seu tenere pertinaciter præsumperit, quod anima rationalis, seu intellectiva non sit forma corporis humani per se, & essentialiter, tamquam hæreticus sit censendus. Anima rationalis, seu intellectiva est immortalis, & contrarium asserens est hæreticus, ut habetur ex pluribus Sacre Scripturæ locis, sed præcipuè Matthæi 10. ex verbis Christi: Nolite timere, qui occi-

dunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed eum timeo, qui potest animam, & corpus in gehennam perdere, ex quo præcipuè loco statuit ecclesia in Concilio Lateranensi sub Leone V. sess. 8. immortalitatem animæ firma fide tenendam esse, & omnes, qui eam mortalem asserunt, tamquam hæreticos damnandos his verbis: "Damnatus & reprobatus omnes asserentes animam intellectivam mortalem esse, & hoc in nubium vertentes, cum illa non solum vere, & per se, & essentialiter humani corporis forma existat, verum & immortalis, & manifestè constat ex Evangelio." Anima rationalis non est ex substantia Dei, & hoc asserens est Hæreticus, sicut Manichæus, & Priscillianus, Concil. Bracharens. I. cap. 5. Nec simul cum carne nascitur per Adamum, ut multi Sancti Patres antiqui dubitarunt, & dixerunt esse rem insolubilem in hac vita, ut colligitur ex Gregor. I. lib. 7. ex regul. cap. 54. his præcisè verbis: "De origine animæ inter Sanctos Patres requisito non parva versata est: sed utrum ipsa ab Adam descenderit, an certe singulari detur, incertum remansit, eamque in hac vita insolubilem fassi sunt. Gravis enim est questio, nec valet ab homine comprehendi, quia si de Adam substantia animæ cum carne nascitur, cur non etiam cum carne moritur? Si vero cum carne non nascitur, cur in ea carne, quæ de Adam prolata est, obligatis peccatis tenetur? Sed cum hoc sit incertum, &c." Sed est certum, & firmum, quod à Deo creatur, ut statuit credendum esse Concilium Lateranens. IV. sub Innocentio III. cap. 1. de Fide, & summa Trinitate.

ANIMA hominum non fuerunt omnes creatæ in principio Mundi; Leo I. epist. 29. cap. 10. Concil. Constantin. III. General. 6. art. 11. Nec antequam uniantur corpori sunt creatæ extra, & contrarium asserens est hæreticus; Concil. Bracharens. I. c. 6. Nec sunt duæ animæ in uno homine, & contrarium asserens est anathema; Concil. Constantin. IV. General. 8. c. 10. Nec est una anima in omnibus hominibus, sed in quolibet est propria, & contrarium asserens est hæreticus; Leo X. Constit. 4. incip. Apostolice. Et ista anima infunditur, & multiplicatur ad multiplicationem corporum, & contrarium asserens est hæreticus; Concilium Lateranens. V. sess. 8.

(Ne videatur, posse hispanicas leges hancine materiam prætermittere, sciendum est animam rebus naturalibus præteritari inesse, in plantis scilicet vegetabilibus: in eis, quæ vivunt, & moriuntur, sensibilem: rationabilem seu intelligibilem in homine: ex eo non inferatur, alias duas in eo non inveniri: inseparabile hujus est nature, crescere, sentire, & ratiocinari; nobilissimam hæc animæ facultas, quæ vera à falsis dignoscit, discernit, & secreti, à ceteris inamantibus hominem distinguit; ideo sicut tres hæc Deus in eo conjunxit: etiam ad tria reducuntur ad quæ humanarum cogitationum studia tendere debent, primò ad Deum; secundò, ad regni supremum caput, naturalem dominum; tertio, ad patriam; non tantum naturali ratione est Deus cognoscendus, sed Fide, Spe, & Charitate; Vide circa antecedentia præmium, leg. 1. 2. 3. 4. & 5. tit. 12. p. 2. ibique invenies harum virtutum definitiones: cur simul omnes in obligatione easdem pectore nostro retinendi; ex seq. leg. usque in finem causæ reperiuntur propter quas Deus sit amandus: commoda ex Dei amore, atque timore provenientia demonstrantur; multum doctrinæ ad salutem necessariæ exhibetur. His leviter prælibatis attendat Lector inter ab Auctore præcedenter enarrata, ac nostras hispanicas ordinationes discernimen nullum constituit; Vide præmium tit. 13. p. 1. l. 42. & 43. tit. 4. ejusdem p. leg. 7. tit. 1. lib. 1. Ord. Reg. leg. 8. tit. 1. lib. 1. Recop. Cast. Confiteatur per easdem errare qui homine mortuo animam perire asseverant: qui credunt animæ transmigrationem post corporis interitum utriusque resurrectionem in die iudicii: nihil prodesse bona opera & suffragia animabus in purgatorio existentibus, quando non potest dubium occurrere, suffragia, sacrificia, aliaque bona opera disponere, ut quam citius ad gloriam æternam possimus devenire leg. citat. 42. & 4. tit. 13. leg. 19. tit. 23. p. 1. l. tit. 24. p. 7.)

ANIMÆ mortuorum non videntea, quæ apud nos geruntur, & quæ nobis bona, malvæ accident suopte ingenio

minimè assequuntur. Tribus autem modis ea scire possunt, scilicet, aut divino Spiritu eas illustrante, aut Beatissimis Angelis, qui rebus nostris prestò sunt, indicantibus, aut aliis animabus, quæ ad eadem loca demigrant, Deo permitte, nuntiantibus. Sic expressè D. Augustinus lib. de cura pro mortuis agenda cap. 13. 14. 15. 16. & lib. de anima, & spiritu cap. 20. Et quod animabus beatissimis præces sint notæ inficiari non possumus, vel ad eas deferentibus Angelis Sanctis, ut significant D. Dionysius in 2. cap. Cælest. Hierarch. vel in Verbo videtur, ut placet D. Gregorio I. 12. moral. cap. 13. quem citat, & sequitur D. Thomas 2. 2. quæst. 83. art. 4. nam de rebus nostris in Verbo vident ea, quæ eos decet videre, ut ibi inquit idem S. Thomas, & tenent S. Bonaventura, 14. Scotus, & alii passim. Animæ, quæ sine peccato post Baptismum separantur à corpore, caelo recipiuntur; Sic etiam animæ, quæ penas condignas pro peccatis solverunt, sive in corpore, sive in purgatorio; Concil. Florent. sess. ult. in Listerio unionis.

In Purgatorio patiuntur pœnas, quibus debuerant in vita satisfacere; Idem Conc. ibid. In purgatorio juvantur suffragiis fidelium, ut missis, orationibus, indulgentiis, & aliis, quæ fieri solent pro eis per ecclesiam; Item Conc. ibid. Post purgatorium in caelum ascendant, & ibi vident Deum sicuti est; Idem Conc. ibid. Animæ vero, quæ cum peccato mortali decedunt, in Infernum descendunt, & ibi dispare pœnas patiuntur pro disparitate culpæ; Idem Conc. Florent. ibid. Animæ, quæ sunt in purgatorio sunt securæ de sua salute, Leo X. in Bulla contra Lutherum. In purgatorio non sunt amplius in statu merendi. Idem ibid. Ipsæ animæ querentes requiem, & horrentes pœnas non peccant, Idem ibid. Liberatæ à pœnis per suffragia fidelium dum in caelum recipiuntur, non minus beantur, quam si per se ipsas satisfecissent pro illis pœnis; Idem ibid.

ANIMÆ in purgatorio existentes an possint pro nobis orare, vel aliquid de congruo mereri, vel impetrare? hæc sunt opiniones. Prima est S. Thomæ 2. 2. q. 83. art. 11. ad 3. & in 4. dist. 15. q. 4. art. 5. q. 2. ad 2. Alex. part. 4. q. 26. n. 3. art. 4. ad 4. Azorij Instituti. moral. p. 1. lib. 9. cap. 10. q. 12. & plurium aliorum dicentium, eas non posse pro nobis orare, nec aliquid nobis mereri, vel impetrare. Et ratio est, dicunt ipsi, quia animæ purgatorii non sunt in statu orandi pro aliis, & aliquid impetrandi, sed potius in statu uteretur pro illis, quam ut ipsæ orent pro aliis, sunt enim debitoribus, & in carcere propter debita propria. Tum quia cum adhuc Deum non vident, non possunt cognoscere, quæ nos his facimus, aut cogitamus, nec quibus indignamus, nam, ut ait D. August. lib. de cura pro mortuis agenda cap. 13. mortui ignorant, quæ nos hic agimus, adeoque frustra orarentur à nobis, 23. cum nostras orationes cognoscere nequeant. Secunda sententia est Bellarmini lib. 2. de purgatorio cap. 15. Suarez disp. 42. sect. 2. n. 9. Fabri Faventini in 4. sententiæ, dist. 19. disp. 36. q. unic. n. 105. Mastrii in theologia moralis disp. 24. q. 2. art. 3. n. 42. de purgatorio, Astesani lib. 3. tit. 38. art. 1. Brancai disp. 26. art. 8. Richardi in 4. dist. 45. art. ult. q. 2. & 3. Scoti in 4. dist. 46. q. 3. art. 1. Valentis, Medinæ, & plurium aliorum cum La Croix lib. 6. part. 2. n. 1337. volentium animas purgatorii posse pro nobis orare, & aliquid nobis de congruo mereri, vel impetrare. Et ratio est, quia animæ purgatorii sunt sanctæ, & Deo caræ, & quamvis ab ipso affliguntur, non tamen affliguntur tamquam ab inimico, sed tamquam à justo Iudice, & Patre benigno. Cum igitur nos ex charitate diligant, & sint gratissimæ in recompensatione orationum, aliorumque honorum operum, quæ in earum suffragium à nobis fiunt, pie, & rationabiliter credendum est eas pro nobis orare, eo vel maxime quod innumera beneficia referantur passim à scriptoribus ab animabus purgatorii prestita suis devotis statim ac fuerunt rogata.

Nec valet dicere, quod ipsæ non possunt scire orationes nostras, aliaque bona opera in earum suffragium facta, nec cognoscere indigentias nostras. Non valet, inquam, quia licet hæc scire nequeant ex se ipsis, possunt tamen intelligere ex relatione animarum, quæ ex vivis ad illas accedunt, ut docet S. Augustinus loc. citat. & ex Ferrar. Biblioth. Tom. I.

Sanctis Angelis, qui sine dubio res nostras cognoscunt, ut S. Augustinus ibid. probat, vel ex alio Dei munere, & adjutorio, cap. Patendum est 29. caus. 13. quæst. 2. Ex 2. enim Machabeorum cap. ult. habetur, quod Onias, & Jeremias in limbo orabant pro viventibus, & pro sancta civitate, & tamen nec illi videbant indigentias viventium, & sanctæ civitatis.

Nec valet etiam dicere, quod animæ purgatorii sint debitoribus, & in carcere propter debita propria. Ibi quæ maxime tormentis afficiantur, adeoque non posse pro nobis orare, sed potius indigere, ut pro ipsis oretur. Non valet, inquam, quia etiam nos debitoribus sumus, & tamen pro aliis oramus, & quamvis sint debitoribus, & in carcere, hoc tamen non obstante sunt in gratia, & grata Deo, & ideo possunt pro nobis orare. Nec facit, quod ibi maxime tormentis afficiantur, quia ut notat Bellarminus loco citato, dives in Inferno orabat pro fratribus suis, Luc. 16. & tamen erat in tormentis majoribus, quam sint animæ in purgatorio. Et Martyres in hoc mundo in tormentis constituti orabant pro se, & aliis, ut patet de Sancto Stephano Act. 7. Tum quia animæ Paschalis, & S. Severini licet in pœnis purgatorii adhuc existerent, tamen miracula operabantur, ut referunt S. Gregor. lib. 4. dialogorum cap. 4. & S. Petrus Damianus in epistola de miraculis sui temporis, adeoque possunt à fortiiori orare pro nobis.

Nec valet tandem dicere, quod ipsæ non possunt pro nobis orare, & intercedere, seu aliquid impetrare, quia sunt nobis inferiores. Non valet, inquam, quia animæ purgatorii, quamvis nobis sint inferiores ratione pœnarum, tamen sunt superiores ratione gratiæ, & charitatis, in qua jam confirmatæ sunt. Tum quia in hoc mundo nos oramus pro Episcopis, & Summis Pontificibus, quis nobis superiores, & etiam oramus pro illis, quos non dubitamus esse sanctiores, sic orantur christiani olim pro Apostolo Paulo, qui eorum orationes petebat, ad Rom. 15. & alibi.

Licet animas in gratias decedentes non recipi in beatitudine, nisi post diem Iudicii, aliquid docuerint, & varri dicant hujus sententiæ fuisse etiam Joannem XXII. tamen ipsum fuisse sententiæ contrariæ ostenditur; Primo auctoritate Doctorum Parisiensium, qui eodem anno, quo illam opinionem erroneam damnarunt, palam professi sunt eam sententiæ à Pontifice productam esse, non quod verum crederet, sed solum indagandæ veritatis gratia, præcisè his verbis: Advertensque, quod multorum fide dignorum relatione audivimus, quod quidam in hac materia sua Sanctitas dixit, non asserendo, seu opinando protulit, sed solummodo recitando. Sic Spondanus ad annum 1334. histor. univers. parisiens. ad eundem annum, Natalis Alexand. resol. 14. disp. 11. art. 2. Joven. dist. 4. cap. 2. Card. Petra in contr. 4. Benedic. XII. n. 12. Secundo ex verbis ipsiusmet Pontificis in epistola ad Philipp. Vales. Regem: "Adhuc in iisdem literis regis vidimus contineri, quod à pluribus dicebatur, quod Nos miseramus Geraldum Generalem Minorum Parisiis ad docendum, & prædicandum, quod anima separata à corpore, & à pœnis purgatæ divinam essentiam usque post resurrectionem corporum non videbit; ad quod dicimus, ut asserimus coram Deo, quod nunquam hæc nostrum intravit, nec exivit ab ore." Sic Wading. in regist. ad annum 1333. Card. Petra ubi supra n. 13. & hanc fuisse suam mentem clarius constat ex aliis ipsius Pontificis verbis in epistola relata à Guarnieri l. 2. de ecclesia militante cap. 22. n. 130. "Ecce, ait Pontifex, ecce quod nostram intentionem, quam circa statum animarum habemus, & habuimus, serie presentium declaramus: Fatemur siquidem, & credimus, quod animæ purgatæ separatæ à corporibus sint in caelo, celorum regno, & paradiso cum Christo in consortio Angelorum congregatæ, & vident Deum facie ad faciem, & divinitam essentiam clare in quantum conditio, & status partitur animæ separatæ." Matheuci controvers. 6. cap. 4. num. 59. & Joannes Villanus lib. 11. cap. 9. dicit intellexisse ex fratre suo, qui in palatio ipsius Joannis XXII. commorabatur, ipsum Pontificem die 3. Decembris 1334. palam professum fuisse hanc sententiam se habere, & antehæc se habuisse, & sic Maimbürg ipse lib. 6. de Impet. occasu, Wading. & Cardin. Petra loc. cit. n. 130. 30. &

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.R.L.